

num. 42. Fontanell. de pæt. nuptial. claus. 6. gloss. 1. p. 1. num. 2. Petr. Barbosa in l. De divisione, num. 1. vers. Infertur etiam, solut. matrim.

SUMMARIUM.

- 1 Fiscus potest extorquere pecuniam per suum debitorem creditoris posteriori solutam.
- 2 Ampliatur, licet pecunia sit bona fide consumpta. Quid in aliis privilegiatis, num. 9.
- 3 Utrum hoc sit speciale in Fisco, vel communis cui libet anteriori creditori.
- 4 Quid si pro debitore Fisci alius solverit privato creditori posteriori, numquid fiscus pecuniam sic solutam valeat avocare.
- 5 Quid si privatus posterior creditor rem quam à debitore Fisci in solutum accepit, venderit ipsaque apud emporium perierit.
- 6 Ad interpretationem legis pecunia, C. de privil. Fisci, triplex quæstio proponitur.
- 7 Urrum prefatum Fisci privilegium competit aliis creditoribus privilegiatis, & num. 8. & 10.
- 8 An creditor omnis hypothecarius revocet solutum pecunia faltam posteriori. Affirmativa multisfariam limitatur, num. 13.
- 9 Pecunia quando censeatur bona fide consumpta, ut casset solutionis revocatio, & num. 27.
- 10 Utrum inter chirographarios creditores avocatio pecunie solute concedatur ob privilegium, & n. 15.
- 11 Que de avocatione pecunie premittuntur, absque distinctione procedunt, sive posterior creditor sit ex causa onerosa, sive lucrativa.
- 12 Creditor ex causa lucrativa cogitare restituere antiquiori pecuniam à communis debitor acceptam, quatenus ex illa locupletior reperitur.
- 13 Creditor posterior ex causa onerosa non astringitur ad restitutionem pecunia percepta à debitore, exigeniente anteriore creditore ex causa lucrativa.
- 14 Creditor, superato tertio possessor rei hypothecata, potest petere ut res distraheatur, ut ex pretio sibi satisfiat, & quomodo iudex procedere debeat.
- 15 Revocatio solutionis ut fiat, nihil refert an pecuniam queritur debitor quounque tempore, ante, vel post primam obligationem.
- 16 Donatio omnium bonorum an subsistat jure communis, & regio nostra.
- 17 Donans omnia bona sua presentia, & futura, constitue se pro donatario possidere, que posse à ipso comparaverit, etiam quo ad possessionem transfert in eum cui donavit.
- 18 Interpretatio legis finalis, §. Etsi præfata, vers. Sin vero hæredes, C. de jur. deliber. & num. seqq.
- 19 Utrum in foro conscientia peccent, & ad restitutionem teneantur creditor, ac debitor, ubi solutio sit non servato juris ordine, ac prælatione, remissive.

CAPUT XXIX.

I Fiscus potest avocare pecuniam per suum debitorem alii creditoris posteriori solutam. Alfar. de offic. Fisc. gloss. 16. privil. 11. num. 153. Amat. quæst. forens. part. 2. resol. 51. num. 24. Guttier. Practic. lib. 3. cap. 100. num. 2. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 28. num. 23. Roderic. de ann. redditib. lib. 2. q. 19. num. 23. Marescot. variar.

lib. 2. cap. 36. num. 6. Flor. Diaz. variar. lib. 1. quæst. 6. num. 18. Gait. de credit. cap. 4. num. 1303. Fontanell. de pæt. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 7. num. 36. Peregrin. de jur. Fisc. lib. 6. cap. 6. n. 6. Petr. Barbosa in l. 1. part. 6. num. 23. ff. solut. matrim. Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de jur. fisc. resol. 7. num. 1. Parl. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 3. num. 45. Bolannos commerc. terrest. lib. 2. cap. 13. num. 10. Limitatur si ad poenam egerit. Gait. num. 1310.

Quod ita verum est, quamvis posterior creditor pecuniam, quam percepit, bona fide consumpsit, modo Fiscus ex bonis debitoris, quod sibi debetur, consequi non valeat, ut praefati observarunt: sed viam ordinariam agendum tenet Parlador. num. 46. de quo tamen consulendus Alfar. suprà, num. 55. cum seqq.

Hoc jus adimendi pecuniam posteriori creditori communiter inter fisci privilegia recensetur: sed non desunt qui inficiantur, opinati cuicunque anteriori creditori idem jure communi concilium. Petr. Barbosa num. 24. Merlin. ubi proxime, quod an verum, ex dicendis apparebit. Illud fisco competit adversus creditorem etiam ex causa onerosa, sicut inferius adnotabitur, nisi hic sit pariter privilegiatus, ut dos, quam eodem jure potiri receptum habetur, de quo paulo post Merlin. num. 35. Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. q. 16. num. 6. Guttier. num. 2. Gait. num. 1314.

Quæritur si quis pro amico, ne in vincula publica detruderetur, privato creditori pecuniam persolverit, num possit fiscus vel alius privilegiatus potior tempore, aut jure, eam revocare? Et negativam sententiam amplectendam esse placet, quia cum nunquam nummi fierent debitoris, in illis fiscalis hypotheca confundere nequivit: nec refert quod debitor nomine tradenter, quia non ex hoc illius sunt, argumento legis Singulare 15. ibi: Obligaris mihi, quamvis meos nummos non acceperis, ff. si cert. perat. Ita tenent Thesaur. num. 5. licet Roma alter decimus fateatur Merlin. num. 28. Gait. latissime ex num. 1330. qui plures distinguunt casus.

Inde etiam similis casus venit decidendum, cum scilicet posteriori privato creditori res traditur in solutum à debitore fisci, quam ille alienavit, ac deinceps penes tertium possessorem periret ipsa; tunc siquidem agere nequivit ad pretium. Primo quoniam pecunia nunquam fuit debitoris. Secundo quia creditor commodum ex propria industria per negotiationem quæsivit; nam si non venderet, jastrum pataretur, nec fiscus utilitatem perciperet. Tertiò, nam si iste teneretur fisco, esset debitor quantitatis respectu certæ speciei, quam tradens omnino liberatio continget: unde per rei interitum manfit ab obligatione solutus, sicut prænotatur suprà, cap. proximo, num. 39.

Ad Num. 1.

Circa interpretationem legis Pecunia 5. C. de privileg. fisc. triplex à cunctis quæstio excitari solet. Prima, utrum aliis creditoribus privilegiatis, ut dos, eodem jure ac Fiscus uti valeant quoad pecunia avocationem? Secunda, an eadem facultas avocandi tribuatur cuicunque hypothecario anteriori creditori? Tertia, num inter creditores chirographarios privilegiato liceat à non privi-

legato

Enucleatus, & auctus. Cap. XXXIX.

179

legato pecuniam solutam revocare? De quibus singulis differendum.

Vers. His etiam.

7 Quoad primum est omnium ferè communis resolutionis, privilegium fisci dotti, aliquis similiter privilegiatus competere. Merlin. num. 27. Petr. Barbosa num. 24. Trentacinq. num. 16. Guttier. num. 2. Marescot. num. 5. Fontanell. num. 64. Tusch. lit. C. concl. 1066. num. 4. Parl. num. 46. Amat. num. 14. Cancer. variar. part. 2. cap. 6. num. 178. Gait. num. 1312. cum seqq. Quæ conclusio obtinebit etiam anteriori creditori pecunia sit soluta; nam creditor posterior, qui concursu ex privilegio præferretur, poterit pecuniam avocare, ac si penes debitorem persisteret; nihil enim interest an ex tempore, vel ex privilegio potior creditor jure habeatur. Præterea, ut pronuper de fisco prædicti, pecunia avocari potest à manibus creditoris ex causa onerosa. Sed de præcedenti ampliatione alii cogitent, quam apud nullum inveni.

8 Verum Flores Diaz d. quæst. 6. num. 18. profitetur se opinionem hujusmodi pro dote, & similibus neutriquam in praxi admissurum contra pauperem, nec adversus divitem, qui ex solutione locupletior factus non repperit, quæ D. Covar. autoritate tueri possum, & aequitate. Et quoad divitem videtur juri consonum, ut si constiterit pecuniam amissam fuisse casu, veluti naufragio, incendio, aut latronum incursu, avocationi nullus sit locus, tantum si ita species periret: quod multò magis in eogeno observandum, etiam in fiscum.

9 Que de fisco tradidimus, etiam his privilegiatis conveniunt, qui eodem jure quoad avocationem pecuniae censemur.

Vers. Nihilominus vidi.

10 Granatense Prætorium juxta communem pronunciavit, de qua suprà, num. 7. etsi D. Covar. contraria sentiat, quem sequitur practicus Bolannos commerc. interrest. lib. 2. cap. 13. num. 10. & admisit cum distinctione Flores Diaz laudatus num. 8. nec in puncto juris carerit probabilitate, ex notatis per me Variar. lib. 1. cap. 16. ex num. 11. & per Guttier. alios pro hac sententia referentem dicit. quæst. 100. num. 7.

Ad Num. 2.

11 Accedit secunda quæstio satis discussa, utrum scilicet creditor hypothecarius anterior, omni privilegio carens, valeat avocare pecuniam posteriori solutam: de quo Amat. quæst. forens. resol. 51. num. 8. 9. & 18. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 28. num. 10. 15. & 21. Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de jur. fisc. resol. 7. num. 18. Fontan. de pæt. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 6. num. 32. Guttier. Practic. lib. 3. quæst. 100. ex num. 5. Marescot. variar. lib. 2. cap. 36. à princip. Flor. Diaz. Practic. lib. 1. quæst. 6. num. 9. & 10. Petr. Barbosa in l. 1. part. 6. num. 24. ff. solut. matrim. Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 16. num. 7. Felician. de censib. lib. 3. cap. 5. num. 17. Valenzuel. cons. 64. Gait. de credit. a num. 1299. Ex quibus, & aliis penè innumeris, quos referunt, resolvendum quod prior creditor hypothecarius avocat pecuniam extantem

D. de Faria Covar. Encl.

apud posteriorem actione hypothecaria; sed si mala fide fuerit consumpta, conditione. Quoties verò pecuniam secundus creditor bona fide acciperit, ac consumpsit, tutus erit. Hæc in praxi recepta, & communiter sunt approbata ex aequitate potius, quam rigore, quem etiam consumptam pecuniam bona fide, avocari per anteriorem creditorum posse tenuunt Fachin. controversial. lib. 12. cap. 53. Merlin. num. 16. Strach. tract. de decoctior. part. ult. à num. 27. Ursill. ad Affid. decis. 190. num. 5. & alii apud Amat. num. 8. Videas infra, num. 27.

Quando f. cunia extare censatur, tradit fusè fontanel. d. gloss. 8. part. 7. a num. 4. & ex num. 21. quando bona, vel mala fide intelligatur consumpta, de quibus etiam Gait. num. 1317. cum seqq. Amat. num. 11. Onus probandi existentiam pecuniae penes creditorum, aut malam fidem, incumbit agenti seu sua intentionis fundamentum, l. Frusta 8. l. Actor 23. C. de probat. Gait. n. 1323.

Conclusio communis multipliciter venit declaranda. Primo, creditor primus non avocat pecuniam etiam extantem à secundo, cum iste sit ex privilegiatis, unde prior tempore cum expressa hypotheca, licet præferatur dotti in concursu, nequivit tamen solutionem mulieri factam revocare, quavis existat apud creditricem. Merlin. num. 37. Tefaur. num. 21. Gait. num. 1369. Secundo, etsi creditor posterior pecuniam bona fide consumpsit, non excusatibus a restituzione per avocationem, si per vim à debitore illam extorserit. Tertiò, idem juris erit si pendentibus creditoribus, debitor per gratificationem alicui posteriori resolvitur, hic redere antiquiori compelletur pecuniam etiam bona fide consumptam, si forte alios creditores ignoraret; alioquin ex mala fide teneretur. Quartò si quis decoctor solverit creditori secundo, primus conditione pecuniam etsi bona fide expensam obtinet. Hæc observant Gait. ex num. 1324. Marescot. d. cap. 36. num. 3. cum seqq. Amat. à num. 26. & alii ex jam laudatis.

Ibi: Habet locum in priore creditore.

Tertia hæc attingitur quæstio de avocatione pecuniae, solute inter personales creditoribus, in quibus tametsi non tributarunt, ex tempore, ex privilegio causæ competit. Et licet nonnulli sentiant, privilegiatum valere pecuniam avocare non privilegio persolutam, ut Greg. Lop. in l. 11. gloss. 2. tit. 14. p. 5. Flor. Diaz. num. 7. & Petr. Barbosa in d. l. part. 6. n. 21. contrarium tamen communiter placet, sicut pluribus laudatis probant Gait. lib. 2. obseruat. 25. num. 15. Guttier. n. 3. Trentacinq. sup. lib. 3. tit. de solution. resol. 23. n. 1. Sesse decis. 206. n. 49. Fontan. d. gloss. 8. part. 6. num. 28. Costa de portion. quæst. 74. num. 4. Gait. d. cap. 4. num. 2048. Herlin. num. 34. Amat. num. 1. Nec mala fides nocet creditori, licet aliud sit in hypothecario. Flores Diaz num. 3. Molin. dej. & jur. tract. 2. disp. 536. à num. 42.

Sed si personalis creditor violenter exegerit, aut per gratificationem, tenebitur pecuniam cæteris communicare. Idem erit si à decoctore percipiat, vel in actione tributoria, quoties respectu aliquicujus negotiationis plures creditoribus existunt. Flores Diaz. n. 4. & 5. Trentacinq. ubi proxime.

Z 2